



22102965

**LATIN
STANDARD LEVEL
PAPER 1**

Thursday 20 May 2010 (afternoon)

1 hour 15 minutes

Candidate session number

0	0								
---	---	--	--	--	--	--	--	--	--

INSTRUCTIONS TO CANDIDATES

- Write your session number in the boxes above.
- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Answer question 1 or question 2 in the spaces provided.
- The use of dictionaries is permitted for this paper.



Answer question 1 or question 2.

Translate into English the section of the passage indicated between the asterisks. A translation of the rest of the passage appears on the facing page.

1. Cicero defends himself against the charge that he was involved in Caesar’s assassination.

at quem ad modum me coarguerit homo acutus, recordamini. “Caesare interfecto”, inquit, “statim cruentum alte extollens Brutus pugionem Ciceronem nominatim exclamavit atque ei recuperatam libertatem est gratulatus”.

- * cur mihi potissimum? quia sciebam? vide, ne illa causa fuerit adpellandi mei, quod, cum rem gessisset consimilem rebus iis, quas ipse gesseram, me potissimum testatus est se aemulum mearum laudium extitisse. tu autem, omnium stultissime, non intellegis, si, id quod me arguis, voluisse interfici Caesarem crimen sit, etiam laetatum esse morte Caesaris crimen esse? quid enim interest inter suasorem facti et probatorem? *
- 5
- 10 aut quid refert, utrum voluerim fieri an gaudeam factum? ecquis est igitur exceptis iis, qui illum regnare gaudebant, qui illud aut fieri noluerit aut factum improbarit? omnes ergo in culpa.

Cicero *Philippics* 2.28–29



2. **Orpheus, promised that he could take his wife, Eurydice, away from the Underworld if he did not look back, failed to meet the condition.**

- 45 tunc primum lacrimis victarum carmine fama est
 Eumenidum maduisse genas, nec regia coniunx
 sustinet oranti nec, qui regit ima, negare,
 Eurydicenque vocant: umbras erat illa recentes
 inter et incessit passu de vulnere tardo.
- 50 * hanc simul et legem Rhodopeius accipit heros,
 ne flectat retro sua lumina, donec Avernas
 exierit valles; aut inrita dona futura.
 carpitur adclivis per muta silentia trames,
 arduus, obscurus, caligine densus opaca,
- 55 nec procul afuerunt telluris margine summae:
 hic, ne deficeret, metuens avidusque videndi
 flexit amans oculos, et protinus illa relapsa est,
 bracchiaque intendens prendique et prendere certans
 nil nisi cedentes infelix arripit auras. *
- 60 iamque iterum moriens non est de coniuge quicquam
 questa suo (quid enim nisi se quereretur amatam?)
 supremumque “vale,” quod iam vix auribus ille
 acciperet, dixit revolutaque rursus eodem est.

Ovid *Metamorphoses* 10.45–63



